valent. 15 *Si quis per melancoliam tristis et conpressus efficitur, cor et iecor gruis super ignitum lapidem exsiccet, et enulam et raphanum ad tertiam partem enule, et viscum piri ad pondus raphani omnia hec pulverizet, et frequenter cum pane comedat. Sed et omnia pulmenta que idem homo comedit, spissa sint et bono vino et pinguibus escis utatur.*

## VI-5

**C**ignus / (**Elbiz**) frigidus et humidus est, 2 et aliquid de natura anseris habet et de natura anete. Et in aqua se libenter lavat, atque aquam et terram magis quam volatum diligit, ac in aquis quedam inmunda interdum vorat. 3 Et caro eius sanis ad comedendum bona est, infirmis autem non valet. 4 Et homo qui **dumphet** / (**dempich** est) iecor eius coquat, et sepe comedat, 5 et putredinem a **dumphedo** / pulmone illius aufert, 6 et ille curabitur. 7 Sed et qui in splene dolet, pulmonem cigni coquat et sepe comedat, et splen eius sanabitur. 8 Et qui **urslechte** in corpore suo habet, cignum pinguem faciat, et eo occiso, **smalz** eius accipiat, et in patella primum dissolvat, id est **zulazze**, et tunc **biboz** et **uselen** de cortice quercus equali pondere addat, ita ut bis tantum de sagimine illo sit, et sic denuo in patella simul coquat, 9 et inde ungentum faciat, 10 et sepe cum eo se perungat. Sed cutis eius, ubi se primum ungit, **bulechte** fit, et postea cito sanabitur. 11 Et reliqua que in eo sunt ad medicamenta non multum valent.

## VI-6

**R**eigere / (Ardea) calidus et siccus est, 2 et non nisi ut **doum** / **das douue** aquarum ascendit, et ideo etiam circa aquas interdum versatur. 3 Et caro eius tam infirmis quam sanis hominibus ad comedendum bona est, 4 quia in stomacho eius **slim** non parat. 5 Homo autem qui tristem mentem habet, cor eius sepe comedat, et mentem ipsius letam facit. 6 Et cui oculi caligant aut **seir** sunt / **serigent**, caput **reygeris** in aqua coquat, et postquam coquitur oculos eius accipiat, et eos in sole exsiccet, et tunc eos in frigidam aquam per modicam horam ponat, ut in illa mollescant, 7 et iterum ad solem exsiccet, 8 *et deinde iterum in aquam frigidam ponat* 9 et sic ter faciat, et postquam hoc fecerit, eosdem oculos ad pulverem conminuat, et tunc tantum cum in oculis caligat aut dolet, pulverem istum in purum et bonum vinum ponat, et sic ei pennam intingat, ac cum eo 10 *oculos circumliniat, ita ut si* 11 oculos modice interius tetigerit, non oberit. Et hoc ad noctem, cum dormitum vadit, sepe faciat, 12 et caliginem ac dolorem oculorum aufert. 13 Sed cui stomachus induratus est, ita quod **getwang** /